

:In nomine sancte et individue trinitatis.: Lodewicus [dei gratia] Turingie lantgravius et Saxonie comes palatinus. Quoniam ea, que fiunt in tempore, labuntur in tempore et [a] lubrica hominum excidunt memoria, necesse est, ut gesta fidelium scripturę noticia et magnatum auctoritate roborentur. Hinc est, quod tam presentibus quam futuris notum esse volumus, quod Theodericus de Rōledhusen noster ministerialis omnem proprietatem suam in predicta villa viis et inviis, aquis et aquarum decursibus, pratis et pascuis, vinctis, salignis ad manum nostram resignatam coniunctis manibus cum uxore et filiis, quorum intererat donare ecclesie Reimmersburnensi trecentarum marcarum emptione contradidit et nos una cum ipsis predictę ecclesię eadem bona [dona]vimus. Pretera capellam cum quinque mansis et area eo pacto, ut divina ibidem perpetuo ord[in]entur et de uno manso et area undecim solidi ad concinnanda luminaria persolvantur]. Insuper etiam [quintum dimidium] mansum, quos a nobis in feodo habuit, nobis resignavit, quos predictę ecclesię in concambio quinque mansorum unius in Elrechisghoven, duorum in Tophstede et duorum in Dalehem liberaliter contulimus. Ut igitur ea que rationabiliter gesta sunt, rata et inconvulsa permaneant in perpetuum, hanc cartam testamentariam conscribi iussimus et sigilli nostri munimine roborari. Huius [rei] testes sunt: Lvdwicus et B[urchard]us comites de Brandeberch. Lodwicus de Wanghem. Lvdolfus de Bernestede. Fridericus de Triorde. Hermannus dapifer. Heinricus camerarius. Hermannus de Lubniz. Herd[wicus] de Hirsilgowe. Hermannus de Stusforde. Gero de Winrikesleven. Lvdolfus de Stoternem. Albertus de Ebelibin. Bertoldus marsealeus. Godifridus de Warberch. Albertus Vbelgebin et Conradus frater ipsius et alii quam plures]. Actum anno incarnationis [m. cĉ.] xġ. iij., [ind]ictione xii.

(SD.)

## 331.

*König Heinrich VII. nimmt das Kloster Pöhlde in seinen Schutz. — Zeuge: Landgraf Ludwig.* 25  
*Hdschr.: Kopial V No. 120 S. 18. Staatsarchiv Hannover.* **Bleckede, 1224 Okt. 9.**  
*Gedr.: Asseburger Urkundenbuch 1,96. Böhmmer-Ficker 3941.*

Testes huius rei sunt: Engelbertus Coloniensis archiepiscopus. Thiedericus Treuirensis archiepiscopus. Gherhardus Bremensis archiepiscopus. Engelhardus Nuenburgensis<sup>a)</sup> episcopus. Ekehardus Merscburgensis episcopus. Conradus Hildensemensis episcopus. Fredericus Haluerstadensis episcopus. Theodericus Monasteriensis episcopus. Engelbertus Osnaburgensis electus. Ludewicus lantgravius Thuringie. Walerammus dux de Limpure. Comes Gherhardus de Diets. Comes Heinricus de Luttebere. Comes Hermannus de Harttisbure. Comes Heidenricus frater ipsius. Comes Heinricus de Zwerin. Comes Volradus de Tannenbure. Bernhardus de Horstmaria. Gunczelinus dapifer de Wolfterbuttcl. Eberhardus dapifer de Walpurg. Conradus pincerna de Winterstetin. Fredericus camerarius de Bienbure. Dietho de Rauenspurg et alii quam plures. Datum apud Bleckede in castris anno ab incarnatione domini m. cĉ. xxiii<sup>to</sup>, vii. idus octobris, indictione xii.